GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, 4. Viertel 12. Jh. Seite 161v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31633
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



elementa quatiuntur. predicatores scos quos ut
diximus adhuc in suis corporibus illud tempus
inuenerit. spes de regni propinquitate letifi
cat. et carnis infirmitas de ire ostensione
perturbat. Erit ergo in eis aliquomodo tremor letus.
et timor securus. quia et celesti regno se re
munerari certi sunt. et per tanti turbinis me
tum pro carnis infirmitate contremiscunt. Con
sideremus ergo quomodo tunc uniquorum conscientia
concutitur. quando etiam iustorum uita turbatur. Hi qui
oderunt aduentum iudicis quid faciunt. si ter
rorem tanti iudicii etiam qui diligunt expauescunt.
Et quia in sanctis predicatoribus hoc pauore
excoquitur. si qua in eis inesse potuisset leuium
rubigo uiciorum. postquam dixit cum sublatus fue
rit timebunt angeli. apte mox subditur. et ter
riti purgabuntur. Recte ergo dicitur iudicio et prius
timere. et postmodum dicuntur purgari. Sed quia
hec de leuiathan istius fine cognouimus. inte
rim priusquam pereat quid agat audiamus. Sequitur.
Cum apprehenderit eum gladius. subsistere non
poterit neque hasta neque thorax. In scriptura
sacra aliquando per gladium sancta predicatio. aliquan
do eterna dampnatio. aliquando tribulatio tem
poralis. aliquando antiqui hostis ira uel persua
sio designatur. Gladius enim sancta predicatio po
nitur. sicut paulus ait. Et gladium spiritus quod est uer
bum dei. Gladii nomine eterna dampnatio de
signatur. sicut de predicante heretico scriptum
est. Si multiplicati fuerint filii eius in gla
dio erunt. quia quantalibet hic numerositate
germinent. eterna dampnatione consumuntur.
Gladius tribulatio temporalis accipitur. sicut marie
de secuturis tribulationibus dicitur. Et tuam ipsius
animam pertransibit gladius. Rursum per gladium
ira uel persuasio antiqui hostis exprimitur. sicut
psalmista ait. Qui liberasti dauid seruum tuum
de gladio maligno. Benignus quippe sancte predica

tionis est gladius. quo percutimur ut a culpa mo
riamur. Malignus uero est diabolice persuasionis gla
dius. quo male quisque percutitur ut a uita recti
tudinis extinguatur. Antiqui ergo hostis est gla
dius. ille tunc dampnatus homo in usum
ministerii eius assumptus. Ipsum quippe per
maliciam fraudis exacuit. et infirmorum cor
da transfigit. Hunc ergo leuiathan gladius appre
hendit. cum eum suus dampnatus homo
susceperit. Si autem gladii nomine eius ira signa
tur. recte non apprehendere gladium sed gladio
apprehendi describitur. In tantam quippe tunc insa
niam uertetur. ut dominari omnibus appetens. ne
quaquam sue ire dominetur. Nos namque cum ira
in usum iusticie assumimus. eam sub equali
tate iudicii possidendo moderamur. Ille autem
quia per abrupta furoris rapitur. non apprehendere
gladium sed gladio apprehendi perhibetur. Non enim
iram possidens tenet. sed ab ira se uiens tenetur.
Cunctis autem liquet quod hasta aduersarium percuti
mus. thorace uero ab aduersario munimur. Per hastam
uulnera inferimus. per thoracem tegimur ne uul
neremur. Quid ergo per hastam nisi predicationis iaculum.
quid per thoracem nisi fortitudo patientie desig
natur. Leuiathan iste quia per assumptum rep
bum hominem in ira omnimode crudelita
tis effrenatur. apprehendi a gladio dicitur. Nam per
ostensionem immense tunc fortitudinis ex
hibet. quicquid nequiter potest. Et neque hasta.
neque thorax resistere poterit. quia in anti
christum ueniens tante uirtutis apparebit. ut
si supernum adiutorium desit. et predicantium
acumen obtundat. et longanimitatem pati
entium destruat. Nisi enim iustorum uita super
na gratia solidet. non subsistit hasta. quia predi
catorum uirtus frangitur. non subsistit thorax.
quia constantium patientia penetratur. Unde
et subditur. Reputabit enim ut paleas fer